

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Judas der Ertz-Schelm, für ehrliche Leut**

**Abraham <a Sancta Clara>**

**Lucern, 1686**

Index concionatorius super dominicas

[urn:nbn:de:bsz:31-134152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-134152)

# INDEX CONCIONATORIIUS super DOMINICAS.

## DOMINICA I. ADVENTUS.

**T**unc videbunt filium hominis venientem in nube, &c. Luc. 21. Demonstrari potest pavenda non cavenda dies extremi Judicii, ubi clarissimè patebit, Deum omnia Mortalium facta & acta vidisse quapropter Concio inniti poterit huic axiomati Germanico, Es ist nichts so klein gesponnen / es kommt all dort an die Sonnen: Extat hac de re copiosa materia de Præsentia Dei, fol. 244. usque 258.

Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in Justitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei, Eccl. 14. v. 22.

Ipsè timendus est in publico, ipse in secreto, procedis videris, lucerna extincta est, videt te. In cubile intras, videt te, in corde versaris, videt te: & vel timendo castus esto, aut si non peccaveris, quare ubi te non videat, & fac quod vis. S. P. Aug. S. 46. de Verb. Dom.

Cum quid turpe facis, quod me spectante ruberes, Cur spectante Deo, non magis ipse rubes? Hug. Card. in Psal. 15. v. 8.

## DOMINICA II. ADVENTUS.

**I**llis autem absentibus, cepit Jesus dicere ad turbas de Joanne. Matth. 11. Boni de absentibus plerumque bene, Mali autem potissimum male solent loqui, adeoque ostendi potest magnus Calumniantium Numerus. Vid. fol. de Detract. 380. usque 497.

Acuerunt linguas suas sicut serpentes: Venenum aspidum sub labiis eorum, Ps. 139.

Qui detractioni studet diabolo servit, grave malum, turbulentus, dæmon est detra-ctio. S. Chryf. in Ps. 100.

Dum facies clarum Titana sororis obumbrat,  
Dimidiumque aufert Invidiosa Jubar,  
Intentos tenet obtutus Cœli horror & orbis,  
Plurique vident homines deficiente die.

Fulgidior Titan radios rursus explicat omnes,  
Jam conversa alio lumina quisque refert.  
Sic rarum spectatorem Virtutis habebis,  
Quæ si deficiat, plurimus Argus erit.

Andr. Bianc. lib. Epi. 37.

## DOMINICA III. ADVENTUS.

**E**t qui missi fuerant ex Phariseis. Joann. 1. Dic sincerè de falsis, ostendendo, plures moderno tempore vivere Hypocritas quam Hypocrites. Vid. fol. de Hypocrisi 271. usque 278.

Væ vobis Scribæ, & Pharisei, Hypocritæ, quia similes estis sepulchris de albatis, Matth. 23. v. 17.

Simulata æquitas, non est æquitas, sed duplex iniquitas, quia iniquitas est, & simula-tio. S. P. August. in Ps. 36.

Malim, cum recto studeam, vitiosus haberi,  
Quam vitio indulgens, Justo, clarescere famâ,  
Mendaxque Ignaris mortalibus esse sepulchrum,  
Quod licet internè fœrentia Corpora claudat,  
Calce tamen nitet exigua, gratoque colore.

S. Greg. Nazian. Orat. 11.

**DOMINICA IV. ADVENTUS.**

**F**actum est Verbum Domini super Joannem in deserto. *Luc. 3.* Ostendi potest quam piissimus Deus curam gerat, ac providentiam eorum, qui vivunt in deserto, aut qui videntur esse deserti. Vide fol. 196. usque 210.

De Providentia divina.

Omni sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. *1. Petr. 5.*

Providentiâ DEI, omnia gubernantur, & quæ putatur pœna, medicina est. *S. Hieron. in Ezech.*

Haud alter solis radius colluminat omnes,  
Diffuso splendore locos, ferit aurea tecta,  
Sed ferit, & nigro sordentia culmina fumo,  
Intrat marmoribus capitolia clara, sed intrat  
Carceris & rimas, & tetra foramina clausi  
Stercoris, & spurcam redolenti fornice cellam.

Laced.

**DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI.**

**E**T vixerat cum viro suo annis septem à Virginitate sua. *Luc. 2.* Locus hic aptus est disserendi de cautè ineundo Connubio. Vid. fol. 10. usque 26. Item 124. usque 137.

Fili sine Consilio nil facias, & post factum non pœnitebit. *Eccl. 32. v. 24.*

Qui mortali Connubio conjunctus est, ad suam ipsius Curam uxoris quoque alterâ adjectâ geminam in una anima ex conjuncto sibi corpore sollicitudinem necessariò, sustinet. *S. Basil. de Ver. Virg.*

Quæ tibi ducenda est, habear P. quinque Puella,  
Sit Pia, sit Prudens, Puchra, Pudica, Potens,

**DOMINICA I. POST EPIPHANIAM.**

**E**T dixit Mater ejus ad illum, fili, quid fecisti nobis sic? *Luc. 2.* Ostendatur hic quid requirat Pietas filiorum erga Patentes. Vid. fol. 100. usque 116.

Quam malæ famæ est, qui derelinquit Patrem, & est maledictus à Deo, qui exasperat Matrem. *Eccl. 3.*

Christianorum est prima Pietas honorare Parentes, & labores educationis rependere. *S. Cyrill. Catech. 9. Hier.*

Aërio insignis pietate Ciconia nido,  
Investes pullos, pignora grata fover,  
Taliaque expectat sibi munera mutua reddi,  
Auxilio hoc quoties Mater egebit anus,  
Nec pia spem soboles fallit, sed fessa Parentum.  
Corpora fert humeris, præstat & ore cibos,  
Alciat. Embl. 3.

**DOMINICA II. POST EPIPHANIAM.**

**N**uptia facta sunt in Cana Galilææ. *Joann. 2.* Hac die ut plurimum tractatur de duro & diro Matrimonii vinculo, de quo amplissima Materia habetur, fol. 10. usque 26. item fol. 35. usque 39. item 124. usque 136.

In

In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus: Concordia fratrum, & amor Proximorum, & Vir & Mulier benè sibi consentientes. Eccl. cap. 25. vers. 1.

Conjugium mihi bonum videtur, non solum propter filiorum procreationem, sed propter ipsam etiam naturalem in diverso sexu societatem. S. P. Aug. lib. 16. de civit. Dei.

Nam si concordēs animis justique coirent  
Jure thori levius fulcarent æquora vitæ,  
Nimirum duplici vento impellente carinam,  
At cum discordes tædarum fœdera jungant,  
Immanis labor est, dolor hic præcordia rodit,  
Omnia dissidiis flagrant Pax exulat omnis,  
Concurriturque domus, res atque domestica nurat.  
S. Greg. Naz. de laud. Virg.

DOMINICA III. POST EPIPHANIAM.

**E**t ecce leprosus veniens adorabat eum. Matth. 8. Non semper morbi & ærumnæ humanæ habent ipsam naturam pro causa, sed multoties ab ipso Deo immittuntur in pœnam peccati. Vid. fol. 341. usque 363.

Pluet super peccatores loqueos ignis & sulphur pars calicis eorum. Ps. 10. v. 7.

Malorum omnium causam constat esse peccatum, ex peccato tristitia, ex peccato tumultus, ex peccato bella, morbi, atque omnes, quotquot nos premunt Passiones. S. Chrysost. Hom. 5. ad pœnitent.

Qui se peccatis gaudet feliciter uti,  
Infelix nimis est prosperitate sua,

Peccatum est difforme malum, transgressio legis  
Divinæ, & citius dixeris esse nihil,

Jacob. Nill.

DOMINICA IV. POST EPIPHANIAM.

**E**cce motus magnus factus est in Mari. Matth. 8. Doceri potest, periculosiores existere motus Iræ, quam motus furibundi æquoris. Vid. fol. 26. usque 35.

Ira fœci hominis est, iram non perficere Christiani. Salvia Epist. 9.

Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda. Prov. c. 21. vers. 19.

Non sic Incerto mutantur flumine fyrtes,  
Nec folia hyberno tam tremefacta noto,

Quàm citò fœmineâ non constat fœdus in Ira,  
Sive ea causâ gravis, sive ea causâ levis,  
Propert.

DOMINICA V. POST EPIPHANIAM.

**C**um autem dormirent homines. Matth. 13. Aptè hic differes de otio, ejusque damno cum plerumque otium sit negotium Diaboli. Vid. fol. 313. usque 323.

Hæc fuit iniquitas Sodomæ sorotis tuæ, superbia, sâturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum ejus. Ezech. c. 16. v. 49.

Omnium tentationum, & cogitationum malarum colluvies est otium, summa mentis malitia, malorum omnium sentina, Mors animæ. S. Bern. Serm. 8. in Purif. B. Virg.

Calcar erit sequi, pigros rubigine sensus  
Otia corroduunt, lopitaque pectora torpor  
Noxius obliquat, ferrum si transit in usus,  
Assiduo splendore micat, vultuque nitenti

Audet ad argenti decus aspirare superum  
At si longa quies jerit, fuscatur, & atram  
Vertitur in scabiem celerique absumitur ævo.  
Baptist, Mant. lib. 1, Parthen,

) ( 3

DOMI-

DOMINICA VI. POST EPIPHANIAM.

**S**imile est Regnum Cælorum grano sinapis quod minimum est omnibus seminibus. *Matth. 13.*  
Ex hoc deduci potest, etiam parvis magnam inesse gratiam, nec hominem Corporis mole metiendum, cum non proceritas, sed sinceritas alicui laudem attribuat. *Vid. fol. 73. usque 83.*

Nè spernas hominem in visu suo, brevis in volatilibus est apis, & Initium dulcioris habet fructus ejus. *Eccl. 11.*

Dominus fecit nos, & non ipsi nos, idem in parvis, qui & in Magnis. *S. Gregor. Turonens.*

Actior est taphanus, multisque potentior herbis,  
Aspectu quamvis sit rudis esca viri,  
Rusticus Urbano sic milite fortior armis,  
Aptior inventus Marte furente fuit.  
David ab aspectu non fat fuit agnitus olim,  
Et minor & major fratribus ipse suis.

Isque Philistæum potuit super are gigantem,  
A quo contemptus ceu puer ante fuit.  
Sic Phagis Æsopi major sapientia fultit,  
Deformis vili quo magis ore fuit.  
Non fat ab Aspectu robur cognoscitur, ac mens,  
A vultu virtus non reputanda viri.

Laurent. Somas.

DOMINICA IN SEPTUAGESIMA.

**Q**uid hic statis totâ die otiosi? *Matth. 20.* O quantus Numerus est eorum, qui tempus malè contumunt, & tam pretiosum thesaurum Inertiâ dilapidant. *v. fol. 322. usq; 326.*  
Non defrauderis à Die bono, & particula boni doni non te prætereat. *Eccl. 14.*  
Carò mihi valent stillæ temporum. *S. P. August. lib. 1. Confess. c. 1.*

Damna fco rerum, sed plus fco damna dierum,  
Rex poterit rebus succurrere, Nemo diebus,  
Drexel, in Aurifod.

DOMINICA IN HEXAGESIMA.

**Q**uis habet aures audiendi, audiat. *Luc. c. 8.* Hic agi potest, veritatem in mundo non habere locum, à demonstratione, quod in status Hominum vitii mendacii decepti sint, quibus hodierni verba Evangelii impropere possunt, qui habet aures audiendi, audiat turpitudinem, & abominatorem mendaciorum. *Vid. fol. 317. usque 328.*  
Abominatio est Domino labia mendacia. *Proverb. 19. vers. 22.*

Qui loquitur mendacia peribit. *Proverb. 19. v. 9.*

Nec artificioso mendacio, nec simplici verbo oportet quenquam decipere, quia quomodo libet mentitur quis, occidit animam. *S. P. August. lib. de conflict. Vir. & Virg.*

DOMINICA IN QUINQUAGESIMA.

**C**æcus quidam sedebat secus Viam. *Luc. 18.* Amplissimus hic Campus se offert, differendi de variis stultorum classibus, cum absque hoc præfens Bachanaliorem tempus omnibus stultis factum habeatur, quorum Numerus ubique non exigivus utpote furiosorum. *Vid. fol. Ebriosorum. Vid. fol. Iulorum 219. usque 220.*

Stultorum infinitus est numerus. *Eccl. 1. v. 15.*

Qui se diligit Stultum, non proficiet ad sapientiam. *S. P. Aug. de ver. Relig.*

DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ.

**N**on in solo Pane Vruit homo. *Matth. 4.* Objurgandi sunt illi, qui Immodicis tanguntur

cur & anguntur curis circa sustentationem humanam, cum rerum omnium factor non cesset esse benefactor, imò Dei proprium est, Casibus desperatis subvenire. Vid. de Provident. fol. 196. usque 210.

Non est alius Deus, quàm tu, cui cura est de Omnibus. Sap. 12. v. 13. & 18.

Sic Deus intendit singulis, ac si vacet à cunctis: & sic omnibus simul intendit, ac si vacet à singulis, S. Greg. 1. 25. Moral. c. 19.

Nec curate Deum, credis Moralia quenquam? Virgil. Eccl. 8.

### DOMINICA II. QUADRAGESIMÆ.

**D**uxit illos in Montem excelsum seorsum. Matth. 17. Hic potest haberi proluxa panegyris eorum, quos Deus ducit ad altiora, & hi sunt Religiosi diversorum Ordinum, quos tamen Mordax Mundus non cessat theoninis lædere dentibus. Vid. de Relig. fol. 138. usque 151.

Posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Joann. 15. v. 16.

O Sacer status Religiosi famulatus, qui hominem Angelis reddit æqualem, Deo placabilem, Demonibus terribilem, & cunctis fidelibus commendabilem, Th. Kemp. l. 3. c. 10.

Præter Alexandrum cum vix æquare volebat

Alter, Bucephalus respuit atque fremit.

Nec sua qui sacris devovit tempora claustris,

Excepto, Nulli serviat ipse, Deo.

Joann. Paschal.

### DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ.

**E**t Domus supra Domum cadet. Luc. 11. Agas de mirabilibus terræ motibus, quorum causa fuit peccatum; Vid. fol. 357. usque 359.

Propter quod in Ira Dei, ad Iracundiam provocastis Dominum, traditi estis adversariis. Baruch. 4. 6.

Hoc sunt peccata lapsis, quod gra. rugibus, quod turbidum sidus arboribus; quod armentis pestilens Vastitas, quod Navigis sæva tempestas. S. Cyprian. l. 5. de lapsis.

### DOMINICA IV. QUADRAGESIMÆ.

**A**ccepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, Joann. 6. Locus iste Evangelicus excitat omnes homines ad gratias Deo agendas pro tot immensis beneficiis. Vide fol. 278. usque 290.

In omnibus gratias agite hæc est enim Voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus Vobis. 1. Thess. 5. v. 17.

Quis non erubescat gratiam bene de se merenti non referre, cum videat etiam bestias refugere Nomen Ingrati. S. Ambrosii. lib. 6. hex. cap. 4.

Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras

Ibit & intrepido deseret ossa rogo

Quam subeant animo Meritorum obliviosa nostro,

Et longã Pietas excidat ista die.

Ovid. 5. de trist.

### DOMINICA PASSIONIS.

**S**i veritatem dico vobis quare non creditis mihi? Joann. 8. Veritas displicet plurimis, & nauseam creat stomachis ob hoc sæpissimè stomachantibus. Vid. de Verit. fol. 84. usque 100.

Ego

*Index Contionatorius.*

Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in Mundum, ut testimonium perhibeam Veritati. Joann. 18.

Incomparabiliter pulchrior est Veritas Christianorum, quam Helena Græcorum, S. P. Aug. Epist. ad Hier.

DOMINICA PALMARUM.

**H**Ac die potest fervidus præco ad commovendos Auditorum animos de amarâ Domini JESU Passione differere, pro hoc suppeditabit materiam Caput de Gracitudo. Vide fol. 303. usque 313.

Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet. Isa. 53. v. 7.

O Homo, vide pœnas, quibus afficior: Vide clavos, quibus confodior; cum sit dolor tantus exterior, interior est planctus gravior, cum te tam ingratum experior, S. Bern. in quad. serm.

DOMINICA RESURRECTIONIS.

**M**aria Magdalena, & Maria Jacobi & Salome emerunt aromata. Marc. 16. Extollatur hac die laudatissima fœminarum devotio, & licet pauper sexus multa lolia numeret inter lilia, nilominus multæ pientissimæ Mulieres magna merentur præconia. Vide in Indice rerum secundum lit. H. Heyrathen.

Sicut sol oriens Mundo in Altissimis Dei: sic Mulieres bonæ species in ornamentum Domus ejus, Ecclef. 26.

DOMINICA I. POST PASCHA, SIVE DOMINICA IN ALBIS.

**N**isi videro in manibus ejus fixuram clavorum, non credam. Joann. 20. Ex hac Thomæ Incredulitate quodammodo multi sunt, qui protervè credere recusant, nisi omnia fidei Mysteria quasi manibus palpent, cum tamen in scrutandis hisce arcanis talpæ instat cæcutiamus. Vid. fol. 152. usque 156.

Qui scrutator est Majestatis, opprimetur à gloria. Proverb. 25. v. 27.

Quæ Deus occulta esse voluit non sunt scrutanda; quæ autem Manifesta fecit, non sunt negligenda, nè & in illis illicite curiosi, & in his damnabiliter inveniamur ingrati. S. Prosp. de vocat. Gent.

Cyntha quo propior phæbo, tenebrosior Inde,  
Proxima Majestas lumina nocte premit.  
Salvat. Carduc.

DOMINICA II. POST PASCHA.

**B**onus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Joann. 10. Merito laudandi sunt tot ze-  
lofi animarum Curatores, nilominus in statu sæculati sunt, quandoque nonnulli ni-  
mis illorum obtrectatores. Vid. fol. 138. usque 151.

Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Luc. 10. v. 16.

Sacerdotes Christi Vicarii sunt, & qui honorat sacerdotem Christi, honorat Christum: & qui injuriat sacerdotem Christi, injuriat Christum, cujus est Vicarius, & sacerdos. S. Chrysost. hom. 17. in Matth.

DOMI-

DOMINICA III. POST PASCHA:

**C**um autem peperit puerum, iam non meminit pressura, propter gaudium. Joann. 16. Quorundam Parentum gaudium hoc diuturnum non est, quando per nimiam Patris aut Matris Indulgentiam filii filiaque in turpia vitia defleunt. Vid. fol. 115. usque 127.

Qui parit Virgæ odit filium suum, qui autem diligit illum, instanter erudit illum, Proverb. 13.

Disciplina in duo dividitur; In Correctionem, & Instructionem, quarum prima timore, secundum amore perficitur. S. P. Aug. lib. de Morib. Eccl.

Multa feras, faciasque puer, nec sudor & algor,

Dimoveant duri ferre laboris onus.

Nec te Vincula pati pigeat, nec Verba regentis,

Ut cursu metam liberiore petas.

Copula sic Vinculos solvit prius arcta Molossos,

Ut capiant celeres per juga summa feras.

Paul. Macc. Emb. 24.

DOMINICA IV. POST PASCHA.

**A**rguet mundum, &c. de Iudicio. Joann. 16. Opportunum hic erit differere, de temerario Iudicio, in quo multa opera hominibus videntur prava, quæ tamen coram Deo sunt iusta, aliter enim Christus, quàm hominum livor iudicat. Vid. f. 363. usque 380. Nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. 1. Cor. 4. v. 5.

Stulti tantò intensius de alieno iudicant, quantò sua profundius ignorant. S. Greg. in Moral.

Cum tua perfideas oculis mala lippus inunctis,

Cui in amicorum Vitiis tam cernis acutum!

Terent. in Heaut. lib. 1. sat. 3.

DOMINICA V. POST PASCHA.

**N**unc scimus, quia scis omnia, Joann. 16. Brevis hicce textus nobis innuit continuam supremi Numinis præsentiam, cuius divini oculi aciem & faciem Nemo Mortalium subterfugere potest, proinde veritati consonum non est, quod Germanorum minus cauta dicacitas blaterat, Gedanken seyn Zoll fren. Vid. fol. de Præsentia Dei, 244. usque 258.

Nonne Deus requireret ista? Ipse enim novit abscondita Cordis. Ps. 43. v. 22.

Cùm à Deo non credimus nos videri, in sole clausos oculos retinemus, illum à nobis abscondimus, non nos illi. S. Greg. l. 15. Mor. c. 5.

DOMINICA VI. POST PASCHA.

**A**bsque Synagogis facient vos, Joann. 15. Sunt non disiteor multi, qui seipfos absque Synagogis faciunt; ii videlicet, qui tanquam Apostatae ab Ecclesia & Religiosis cætibus se turpiter segregantes deficiunt, ac proinde ex Reverendis Patribus everrendi Parentes evadunt, ob hoc tamen non deberet Ordo totus inique traduci, cum constet floridissimum etiam rosetum spinis non carere. Vid. de Relig. fol. 138. usque 151.

Sicut avis transmigrans de nido tuo sic vir, qui derelinquit locum suum. Prov 27.

Quia jam fovisti, jam te astrinxisti, aliud tibi facere non licet, non talis eris, si non feceris, quod vovisti, qualis mansisses, si nihil tale vovisses. S. P. Aug. Epist. ad Armer.

)( )(

DOMI-



DOMINICA PENTECOSTES.

**S**i quis diligit me, sermonem meum servabit. Joann. 14. Sacratissima hæc festivitas fulget ignitis linguis; quia in harum forma Spiritus S. supra vertices Apostolorum apparuit, erudiens nos, ut linguæ nostræ spiritu charitatis plenæ non nisi bona de Deo, & proximo loquantur, sed pro dolor; contrarium diurna probat experientia, v. f. 380. de detr. - 386.

Custodite ergò vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractiōne parciæ linguæ: quoniam os mentiēns occidit animam. Sap. 1.

Linguam nullus hominum domare potest, homo domat feram, & non domat linguam, Domat leonem, & non frænat sermonem, domat ipse alios, & non domat se ipsum, S. P. Aug. lib. 1. de verb. Dom.

Nil melius linguâ, linguâ nil pejus eadem.

Tristia cum dulci Toxica melle gerit.

DOMINICA SS. TRINITATIS.

**E**ntes ergò, docete omnes gentes baptizantes eos in Nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. Matth. 28. Forma & firma hæc die Panegyricum in honorem SS. Triadis demonstrando, qualiter tres hæc divinissimæ Personæ, Personam tuam atque meam ab omni malo custodiant, serviet ad hoc Conc. de SS. Trinit. fol. 290. usque 302.

In illa summa Trinitate tantum est una, quantum tres simul, nec plus aliquid sunt duæ, quàm una. S. P. Aug. libr. de Trinit. c. 10.

Est Deus, alta fides, unus trinus, & trinus unus, Nam Pater & Genitus, quoq; sanctus Spiritus idem, Personis propriis stat tribus unus apex. Sic tribus est unum Jus, opus, ordo, thronus.

Venant. fortun. lib. 3. v. 373.

DOMINICA I. POST PENTECOST.

**N**olite Judicare, & non Judicabimini. Luc. 6. Ex horum occasione ostende, facta proximi in saniozem & sanctiozem partem esse sumenda, cum temeraria hominum Judicia ut plurimum errori & livori subjecta sint. Vid. fol. 363 de Jud. temer. usque 380.

In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. Eccl. 10. v. 3.

Quid perdo, si credo, quia bonus est? si incertum est, utrum sit malus, licet quidem ut ca veas, ne fortè verum sit, non tamen damnes tanquam verum sit. S. P. Aug. lib. 2. c. 28.

DOMINICA II. POST PENTECOST.

**E**T caperunt omnes simul excusare. Luc. 14. Quam rari moderno tempore occurrunt, qui à conviviis se excusant, imò non pauci sunt, qui se ultroneè intrudunt, ubi se ad summum usque ingurgitant. Vide in Indice rerum secundum lit. V. Wellsauffen.

Attendite vobis, ne fortè graventur corda vestra in crapula & ebrietate. Luc. 21. 34.

Ebriosus, cum absorbet vinum, absorbetur à vino, abominatur à Deo, despicitur ab Angelis, deridetur ab hominibus, destituitur à virtutibus, confunditur à dæmonibus, conculcatur à bestiis. S. Ambros. lib. de Pœnit.

Vino forma perit, Vino corrumpitur ætas,

Vino sæpè saum, nescit amica virum.

Propert. lib. Eleg. ult.

DOMINICA III. POST PENTECOST.

**E**T enim invenerit eam, imponit inumeros suos gaudens. Luc. 15. Deperdita & rursus inventa ovicula humeris imponitur, ne rursus habitâ occasione in desertum affugiat, nam

nam peccatores habituati difficulter emendantur, emendati verò ad relapsum pronissimi sunt, & promptissimi. Vide de mala consuet. fol. 223 usque 234.

*Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Prov. c. 22. vers. 6.*

Utitata culpa obligat mentem, ut nequaquam possit surgere ad rectitudinem: conatur & labitur, quia ubi diu spontè perstitit, & ibi, cum noluerit, coacta cedit. S. Greg. lib. 4. Moral.

Intrae ut in passam nullo conamine piscis,  
Inde revertendi cui via nulla datur.

Sic via proclivis vitii, qua posse reverti:  
Ingressum, proprio non datur auxilio.

Ludovic. Novar.

DOMINICA IV. POST PENTECOST.

**P**er totam noctem laborantes, Luc. 5. Suadet labor, laboriosa sedulitas, per quam homo coronatus in Cælis (sanius dicam) Coronam in cælis sibi comparat. v. f. 332. usque 338.

Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & benè tibi erit. Pl. 127. 2.

Homo ad laborem nascitur, & avis ad volatum, quia inde mens ad summa volat, unde caro in Infernis diutius laborat. S. Greg. lib. 7. mor. c. 6.

Thesauros aperit, glebas dum vertit aratrum,  
Abstrusa terris hinc fodiuntur opes.

Aurum sive optas, apicem seu quæris honorum,  
Hæc indefessus datque dabitque labor.

Paul. Moc. E. 6.

DOMINICA V. POST PENTECOST.

**O**mnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Matth. 5. Ostende quam levi sæpè ex causa quanta ita exardescat, & levidentis scintilla in summè nocivas flammæ erumpat, præcipuè apud Zelotypos, quorum Grylli seu crabrones Pharaonicis Muscis multò infestiores. Vid. fol. 134. usque 137.

Dura sicut Infernus æmulatio. Cantic. 8. v. 6.

Sibi ipsi imperare non valent iracundi, & qui à furore & ira vincuntur, similes sunt Navi, quæ in Media tempestate à gubernatore destituta submergitur, undiquaque procellis in eam ingressis: Ira enim quasi fulmen, & tempestat quædam in animam irruit ferventemque sibi, stupidum & amentem reddit. S. Chys. Serm. de mans.

Pertinet ad faciem rabidos componere mores:  
Candida Pax homines, trux decet Ira feras.

Ora tument irâ nigrescunt sanguine venæ,  
Lumina Gorgoneo sævius angue micant,

Ovid. de arte ama.

DOMINICA VI. POST PENTECOST.

**U**nde istos poterit, quis hic saturare pambus in solitudine? Marc. 8. Occasio est objurgandi eos, qui de immensa Dei Providentia diffidentes, in sustentanda vita nimium anxii marcescunt curis hinc non alio honestiori insigniuntur titulo, quam vulgò *Êethselgetn*. Vide fol. 196. usque 210.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Pl. 22.

DOMINICA VII. POST PENTECOST.

**A**trendite à falsis Prophetis. Matth. 7. Inter hos tenebriones etiam numerandi sunt adulatores, (per anagramma laudatores,) quorum officium sive vitium est vulpinâ caudâ veritatem fangiare hoc hominum genus plerumque palatum suum in Palatiis implere solet. Vid. fol. 83. usque 100.

Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Prov. 27.

) ( ) ( 2

Quid

*Index Concionatorum.*

Quid Adulationis unctio nisi donorum emunctio? quid commendationis allusio, nisi Prælatorum delusio? quid laudis arrisio, nisi eorundem derisio?

Alanus de complac. Natur.

Lingua allentatrix vitium peccantis aceruar;

Et delectatum Crimine laude ligat.

Nulla sit ut lapsò reparandæ cura salutis,

Blanditur fonti, dum malè suavit honor.

**DOMINICA VIII. POST PENTECOST.**

**E**T hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. *Luc. 16.* Iste villicus non erat vilis fur, utpote harpagando bona aliena transgressor factus est septimi præcepti *non furtum facies*, habet tamen hicce Scholaris multos condiscipulos, qui Ablativum non possunt declinare. Vide fol. 174. usque 192.

Maledictum & Mendacium, homicidium & furtum inundaverunt. *Of. 4. v. 2.*

Nemo habet injustum lucrum sine justo damno lucrum in arca, damnum in conscientia. *S. Prosp. Ser. II.*

Latronum finis funis, Mors ultima merces:

Furca capit fures, hinc puto, nomen habet,

At multi evasere? dabit Deus his quoque funem,

Rarus funesto fur siac fune perit. *Ovven*

**DOMINICA IX. POST PENTECOST.**

**N**unc autem abscondita sunt ab oculis tuis. *Luc. 19.* Locus hic idoneus est tractandi de curiositate humana, quæ multoties arcana Dei Judicia exenterare præsumit, non perpensâ hominis ignaviâ, cum tamen Nos simili in causa, & casu Talpis & salpis non ab-similes simus. Vide de curios. fol. 152. usque 167.

Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus, quis poterit scrutari vias ejus? aut quis audet ei dicere operatus es iniquitatem? *Job. 36.*

Judicia Dei quanta obcuritate nequeunt conspici, tanta humilitate debent venerari. *S. Greg. lib. 26. Moral. cap. 2.*

**DOMINICA X. POST PENTECOST.**

**J**ejuno bis in Sabbato. *Luc. 18.* Gloria inanis inania reddit bona opera, nam sicut subducto cortice rami arefcunt; sic bona facta arrogantium, humanis oculis ostensa siccantur. Hinc nullum seculum Deo melius sapit, quàm bonum opus velatum, eim *vers. deekte Speißi.* Vide fol. 275. usque 278.

Attendite ne Justitiam veltram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. *Matth. 6.*

Fugiamus inasem gloriam, dulcem spiritualium operum spoliatricem, Jucundum animarum nostrarum hostem, tineam virtutum. *S. Chyl. Hom. 17. ad Rom. consticii.*

**DOMINICA XI. POST PENTECOST.**

**E**T apprehendens eum de turba seorsum. *Marc. 7.* Infruit nos sacer iste textus ut pari pacto de turba seorsum ducamur, cum turbæ ut plurimum mentem turbare soleant, quia quoties bonus malo conjungitur, raro ex bono malus melioratur, sed quasi semper ex malo bonus contaminatur. *Vid. fol. 157. usque 174.*

Qui

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicaverit superbo, induet superbiam. Eccl. 13.

Sicut bona multa habet communis vita sanctorum, sic plurima mala affert Societas malorum. S. Isid. lib. 2. folioq.

- - - Sicut grex totus in agro  
Unius Scabie cadit, & portigine Porci,  
Uvaeque conspecta livorem ducit ab uva.  
Juven. sat. 2.

Hoc scio pro certo, quoties cum stercore certo,  
Vincor seu Vincor, semper ego maculor.

DOMINICA XII. POST PENTECOST.

Diliges Dominum Deum tuum, &c. & proximum sicut teipsum. Luc. 10. Moderno tempore Julius transit in Decembrem, quia Charitas in Deum & proximum ferme tota frigescit, & amori amara succedit Invidia. Vide fol. 35. usque 69.

Invidia diaboli Mors introiit in orbem terrarum, imitantur autem illum, qui sunt ex Patre illius. Sap. 2. v. 24.

Tantos Invidus habet Justae poenae tortores, quantos Invidiosus habet laudatores. S. Prosp. lib. 3. de Vit.

Non est Invidia magis execrabile monstrum,  
Hoc tamen usque boni pessima pestis habet,  
Nam quemcunque tenet, poenis hunc torquet acerbis,  
Et vitium vitio conterit ipsa suo.  
Ultrix ipsa sui est, se seque ulciscitur ipsam.  
Poena nec Invidiae tristior Invidia est.  
Benedict. Sessag. 1. 3. Epigram.

DOMINICA XIII. POST PENTECOST.

Nonne decem mundati sunt? & novem ubi sunt, &c. Luc. 17. Ingratitudo dicit Grammaticus est gen. Foeminini: Ingratitudo dicit Theologus est gen. Communis. Ex decem sanatis unus tantummodo gratus exitit, novem caeteri communi Ingratitudinis vitio notati sunt. Vide fol. de Ingrat. 285. usque 289. item 309. usque 313.

Filios enutrivi, & exaltavi, illi autem sperverunt me. Il. 1. v. 2.

Ingratitudo est Inimica animae, Exinanitio Meritorum, Virtutum dispersio, Beneficiorum perditio, Ventus urens, siccans sibi fontem Pietatis, rorem Misericordiae, fluenta gratiae.

Pertusum vas est ingratus hominico, semper  
Omne quod infundis, perfluit in nihilum. Cornar.

DOMINICA XIV. POST PENTECOST.

NE solliciti sitis anima vestra, quid manducetis. Matth. 6. Quomodo sollicitudo hominum pro pane quotidiano curanda? & quam magnam Deus curam gerat erga parvum & magnum Mundum. Vide de Provid. fol. 196. usque 210.

DOMINICA XV. POST PENTECOST.

Hautem, qui portabant, steterunt. Luc. 7. Quatuor hi Bauli sunt quatuor Elementa, e quibus homo constat, & illa sunt morborum aliorumque malorum causa, quia per peccatum homini insensa sunt facta. v. de pecc. f. 345 usque 359.

DOMINICA XVI. POST PENTECOST,

**E**T ipsi observabant eum. *Luc. 14* Observant plerumque seculares Religiosum hominem, & maximè Concionatorem; ut in eo nævum quendam deprehendant, quem postmodum plenis buccis in publicum deferunt. Vide fol. 38. de *Detract.* usque 397.

DOMINICA XVII. POST PENTECOST.

**M**agister, quod est mandatum magnum in lege. *Matth. 22.* Suadetur hic non solummodo fuga mortalium, sed etiã venialium peccatorum, nam reverà gutta cavat lapidem non vi, sed sæpè cadendo. Vide fol. 211. usque 213.

Qui spernit modica, paulatim decideret. *Eccl. 19. v. 1.*

Fugiamus modica mala, Magna siquidem ab illis nascuntur. *S. Chrysof. in 2. Rom. 7.*

Ergò cave, nè vel labes tenuissima mentem

Iniciat, minimasque etiã procul abjice noxas,

*S. Greg. Nazianz. in præcept. ad Voig.*

DOMINICA XVIII. POST PENTECOST.

**V**ade in domum tuam. *Matth. 9.* Vade in domum tuam & non in alienam, ubi perfrictæ frontis fæminæ præbent occasionem labendi, Imitare testudinem, nullibi securiorem, quàm sub textu suo, in alienis muris potissimum, alieni etiã mores imbibuntur. Vide fol. 157. usque 174.

Qui amat periculum, peribit in illo. *Eccl. 3. v. 27.*

Sæpè occasio Voluntatem peccandi fecit, & facit, quis colligabit ignem in sinu suo, & non comburetur? Ignem & stuppa in unum posita Flammas nutriunt. *S. Bern. de Mod. benè vivend. c. 50.*

Non facile esuriens positâ retinere mensâ,

Et multum saliens incitat Unda sitim.

Non facile est Taurum visâ retinere Juvencâ,

Fotis equus visâ semper adhinnit equa.

*Ovid. lib. 2. de Remed.*

DOMINICA XIX. POST PENTECOST.

**E**T misit servos suos vocare invitatos ad Nuptias. *Matth. 22.* Sacra est institutio, Sacra est dignitas, tacer quoq; finis Matrimonii, sed nuptorum valdè periculosa est disparitas, hinc sero & serio ponderandam, qualis ducenda Uxor, ne loco Veronicæ, Venenum, loco Helenæ lena acquiratur. Vide de Matrimonio in eund. fol. 10. usque 35. item 124. usque 137.

Mulierem fortem quis inveniet? procul, & de ultimis finibus pretium ejus. *Proverb. 31. vers. 10.*

Satage, ut commodam & modestam, & obsequentem Uxorem ducas. Nam si domum & servos empturi diligenter, & curiose testamur, & perscrutamur; Multò magis Uxorem ducturos tantam, ac longè majorem etiã providentiam gerere oportet: Domum enim vitiosam & servum licet reddere venditori, Uxorem verò dimittere non licet. *S. Chrysof.*

Quàm

XII VII

*Index Concionatorius.*

Quam malè inæquales veniunt ad aratra Juvenci,  
Tam Juvenci magno è Conjuge nupta minor.  
Non honor est, sed ónus species lætura ferentes,  
Si qua voles aptò nubere, nube pari.

**DOMINICA XX. POST PENTECOST.**

**C** *Rediit ipse & domus ejus tota.* Joann. 4. Merito deprædicanda est fides hujus Reguli, quem etiam laudabiliter secuta est tota sua familia; Quorundam verò fides (secus dicam,) superstitio arguenda est, quando fidem somniis adhibent, quamvis etiam non omnia somnia sint parvi pendenda. Vide de somnio, fol. 1. usque 10.

Per somnium aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina, ut avertas hominem ab his, quæ facit. Job. 33. v. 15.

Aut enim ex plenitudine vel inanitate Corporis somnia existunt, aut ex antecedentibus diurnis Curis, aut ex Illusione Dæmonis, aut ex cogitatione hominis simul, & Illusione dæmonis: aut ex revelatione Dei, aut denique ex cogitatione hominis simul, & revelatione Dei. Div. Greg. lib. 8. Mor. c. 13.

Omnia quæ sensu voluntur vota diurno,  
Tempore nocturno reddit amica quies.  
Venator defessa thoro cum membra reponit,  
Mens tamen ad sylvas & sua iustra redit.  
Vanaque nocturnis meta cavetur equis, &c.  
Claudianus.

**DOMINICA IV. POST PENTECOST.**

**R** *Edde quod debes.* Matth. 18. Disuadetur debitoribus & rei alienæ possessoribus obstinatio ad restitutionem, frustranea enim absolutio, quam non sequitur restitutio, hinc Senior Tobias commendatur à restituendi sollicitudine, quando balantem hædum caprarum præ foribus suspicabatur furtivum, quapropter illicò dixit videre ne fortè furtivus sit, reddite. Tob. cap. 2. Vide de furto & restitut. fol. 192. usque 196.

Reddet omnia, quæ per fraudem voluit obtinere, Integra. Levit. 6. v. 4.

Si res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit non redditur, non agitur pœnitentia, sed fingitur, si autem non veraciter agitur non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. S. P. Aug. ad Maced.

**DOMINICA XXII. POST PENTECOST.**

**A** *T illi obtulerunt ei denarium.* Matth. 22. Lusores quandoque in tantam rediguntur inopiam, ut nullum amplius possint ostendere denarium, ac proinde lusus non solum æternæ perditionis causa est, sed multoties etiam temporalium bonorum jacturam facit. Vide fol. 326. usque 332.

Non scindamus eam, sed fortiamur de illa, cujus sit. Joann. 19.

Non est quasi aliquod vitium, quod reddat homines ita infames, & abominabiles, sicut ludus. S. Antonin. cap. 23. §. 6.

Ludens enim genuit trepidum certamen & Iram,  
Ita truces Inimicitias, & funebre bellum,  
Horat. 1. Epist. 29.

DOMI.

**DOMINICA XXIII. POST PENTECOST.**

**S**alva facta est Mulier ex illa hora. *Matth. 9.* Mulier in Civitate peccatrix sana ac sancta facta est, dum staret retro secus pedes JESU, & eos lachrymis rigare cepit, hinc colligere licet, quanta sit vis ac efficacia lachrymarum. Vide fol. 397. usque ad finem.

Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. *Luc. 7.*

Christus ordinavit duas vias ad Paradisum, scilicet Innocentiæ & Pœnitentiæ prima, quæ ivit per viam Innocentiæ fuit Virgo Maria, & ipsam sequuntur omnes Innocentes, ipsa portat vexillum. Prima persona, quæ primo ivit per viam Pœnitentiæ fuit Beata Maria Magdalena. S. Vincent. Ferrerius, serm. de Magd.

Magdala Mortales, quibus illaque arat amantes,

Ausa Deum passis illaqueare Comis.

Dum jacit auratos sacra in vestigia Calles,

Prædatrix prædæ præda fit ipsa suæ.

Marin. Berrin. l. i. Ev.

**DOMINICA XXIV. POST PENTECOST.**

**S**urgent enim Pseudo-Christi & Pseudo-Propheta. *Matth. 24.* Fuliginosa sæx Cingulorum alique similes Impostores Egyptii multas incautas Juvenculas seducunt, adeoque non cuius Hypocritæ aut alastori credendum est, sunt etenim aliqui, qui titulum sanctitatis propter vitulum ambiunt, tales autem non aliud sanctitatis sortiuntur nomen, quam Vulgò, seltsame Hëilige. Vid. fol. 270. usque 279. item fol. 337. usque 340.

*Copiosiores Materias pro quavis Dominicâ reperies in*

**INDICE RERUM.**

Omnia hæc ad gloriam & laudem Omnipotentis DEI, nec non Proximi ad salutem celeri calamo exarata. Censura S. Romanæ Ecclesiæ Piorum Doctorum Judicio subjecta esse, omninò volo ac declaro.



Elsteren/